Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Acta Apostolorum to. primus

Stapleton, Thomas

Antverpiae, 1595

Textvs Actorvm Apostolocorvm, qui in his Antidotis contra venenea hæretica explicantur & tractantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39424

Visual Library

TEXTVS ACTORVM APOSTOLICORVM,

qui in his Antidotis contra venena hæretica explicantur & tractantur.

Cap.1. 15. *EXurgens Petrus in medio fratrum, dixit.*

Cap.2. 1. *Cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant omnes pariter in eodem loco.*

23. *Hunc definito conſilio & præſcientia Dei traditum per manus iniquorum affligentes interemiſtis.*

27. *Non derelinques animam meam in inferno.*

37. *His auditis, compuncti ſunt corde, & dixerunt: Quid faciemus, viri fratres? Petrus verò ad illos: Pœnitētiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum.*

Cap.3. 1. *Petrus autem & Ioannes aſcendebant in templum ad horam orationis nonam.*

12. *Quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare?*

19. *Pœnitemini, & conuertimini, vt deleantur peccata veſtra.*

21. *Quem oportet quidem cœlum ſuſcipere vſque in tempora reſtitutionis omnium.*

22. *Moyſes quidem dixit: Quoniam Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris tanquam me. Ipſum audietis iuxta omnia quæ loquutus fuerit vobis.*

23. *Erit autem: omnis anima quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe.*

Cap. 4. 4. *Factus eſt numerus virorum quinque millia.*

12. *Non enim eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri.*

19. *Si iuſtum eſt in conſpectu Dei, vos potiùs audire quàm Deum, iudicate.*

20. *Non enim poſſumus quæ audiuimus, & vidimus, non loqui.*

32. *Erant illis omnia communia.*

Cap. 5. 15. *Vt veniente Petro ſaltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum, & ſanarentur omnes à languoribus ſuis.*

29. *Oportet obedire Deo magis quàm hominibus.*

38. *Diſcedite ab hominibus iſtis, & ſinite illos.*

Cap. 6. 3. *Conſiderate, fratres, viros ex vobis, &c. quos conſtituamus ſuper hoc opus.*

Cap. 7. 6. *Seruituti eos ſubijcient, & malè tractabunt annis 400.*

22. *Eruditus eſt Moyſes in omni ſapientia Ægyptiorum.*

Et ſuſci-

43. *Et ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus Dei veſtri Rempham, figuras quas feciſtis adorare eas.*

48. *Sed non excelſus in manufactis habitat.*

51. *Dura ceruice, & incircumciſis cordibus & auribus, vos ſemper Spiritui S. reſtitiſtis, ſicut & patres veſtri.*

Cap. 8. 13. *Tunc Simon & ipſe credidit, & baptizatus fuit, & adhærebat Philippo. Videns etiam ſigna & maximas virtutes fieri, ſtupens admirabatur.*

14. *Miſerunt ad eos Petrum & Ioannem.*

15. *Qui cùm veniſſent, (Petrus & Ioannes) orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum S.*

16. *Nondum enim in quenquam illorum venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine*
17. *Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum S.*

20. *Pecunia tua tecum ſit in perditionem, quoniam exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.*

22. *Pœnitentiam age ab hac nequitia tua, & roga Deum, ſi fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui.*

37. *Si credis ex toto corde, licet baptizari.*

Cap. 9. 6. *Et tremens ac ſtupens dixit: Domine, quid me vis facere?*

12. *Et vidit virum Ananiam nomine introëuntem, & imponentem ſibi manus, vt viſum recipiat.*

17. *Imponens ei manus, dixit: Saule frater, Domi-*

 nus mi-

nus miſit me Ieſus, &c. vt videas, & impLearis Spiritu Sancto.

32. Factum eſt autem vt Petrus, dum tranſiret vniuerſos, deueniret ad ſanctos qui ſunt Lyddæ.

37. Quam cùm lauiſſent, poſuerunt eam in cœnaculo.

Cap.10. 4. Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam in conſpectu Dei.

34. In veritate comperi quia non eſt perſonarum acceptor Deus: ſed in omni gente, qui timet eum, & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi.

37. Poſt baptiſmum quod prædicauit Ioannes.

43. Huic omnes Prophetæ teſtimonium perhibent.

44. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus S. ſuper omnes qui audiebant verbum.

Cap.11. 3. Quare introiſti ad viros præputium habentes,

4. & manducaſti cum illis? Incipiens autem Petrus, exponebat illis ordinem.

26. Vt cognominarentur primùm Antiochiæ diſcipuli Chriſtiani.

Cap.12. 3. Videns autem quia placeret Iudæis, appoſuit vt apprehenderet & Petrum.

15. At illi dicebant: Angelus eius eſt.

23. Confeſtim autem percuſſit eum Dominus, eò quòd non dediſſet honorem Deo: & conſumptus à vermibus expirauit.

Cap.13. 2. Miniſtrantibus illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus Sanctus, &c.

2. Segregate mihi Paulum & Barnabam ad opus ad quod

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

3. adquod aſſumpſi eos. Tunc orantes & ieiu-
nantes, imponenteſque eis manus, dimiſe-
runt eos.
11. Et nunc ecce manus Domini ſuper te, & eris
cæcus, non videns ſolem vſque ad tempus.
12. Tunc Proconſul, quum vidiſſet quod factum
eſt, credidit, admirãs ſuper doctrina Domini.
15. Poſt lectionem Legis & Prophetarum miſerunt
Principes Synagogæ ad eos, dicentes: Viri
fratres, ſi quis eſt in vobis ſermo ad exhorta-
tionem, dicite.
22. Inueni Dauid filium Ieſſe, virum ſecundùm cor
meum, qui faciet omnes voluntates meas.
27. Qui habitabant Hieruſalem, & Principes eius,
hunc ignorantes, & voces Prophetarum, quæ
per omne Sabbatum leguntur, iudicantes
impleuerunt.
38. Per hunc vobis remiſſio peccatorum annuncia-
tur ab omnibus, à quibus non potuiſtis in
lege Moyſi iuſtificari.
39. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur.
48. Et crediderunt quotquot præordinati erant ad
vitam æternam.
Cap. 14. 12. Sacerdos Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros
& coronas ante ianuas offerens, cum popu-
13. lis volebat ſacrificare. Quod vbi audierunt
Apoſtoli, Paulus & Barnabas, conſciſſis
tunicis ſuis exilierunt in turbas, clamantes:
14. Viri, quid hæc facitis? & nos mortales ſu-
mus ſimiles vobis homines.

15. *Qui in præteritis generationibus dimiſit omnes Gentes ingredi vias ſuas.*

22. *Et cùm conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias Preſbyteros, & oraſſent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino, in quem crediderunt.*

Cap. 15. 1. *Niſi circuncidamini ſecundùm morem Moyſi, non poteſtis ſaluari.*

6. *Conuenerunt Apoſtoli & Seniores videre de verbo hoc.*

10. *Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque patres noſtri neque nos portare potuimus?*

11. *Sed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi.*

19. *Propter quod ego iudico non inquietari eos qui ex Gentibus conuertuntur ad eum, ſed ſcribere vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & fornicatione, & ſuffocato, & ſanguine.*

24. *Quoniam audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, euertentes animas veſtras, quibus non mandauimus.*

27. *Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem.*

28. *Viſum eſt enim Spiritui Sancto & nobis.*

28. *Nihil vltrà vobis oneris imponere, quàm hæc neceſſaria.*

29. *Vt abſtineatis vos ab immolatitijs ſimulachrorum, &*

rum, & à ſuffocato & ſanguine.
30. Congregata multitudine, tradiderunt epiſtolam.
Cap.16. 3. Aſſumptum Timotheum circuncidit Paulus, propter Iudæos qui erant in illis locis.
4. Cùm pertranſirent (Paulus & Barnabas) ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & Presbyteris qui erant Hieroſolymis.
17. Puella quædam habens ſpiritum Pythonem, ſubſecuta Paulum & nos, clamabat dicens: Iſti homines ſerui Dei excelſi ſunt, qui an-
18. nũciant vobis viam ſalutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autem Paulus, & conuerſus ſpiritui, dixit: Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea.
20. Et offerentes eos Magiſtratibus dixerunt: Hi omnes conturbant ciuitatem noſtram, cùm ſint Iudæi.
21. Et annũtiant morem quem non licet nobis ſuſcipere, neque facere, cùm ſimus Romani.
31. Crede in Dominum Ieſum, & saluus eris tu, &
32. domus tua. Et locuti ſunt verbum Domini cum omnibus qui erant in domo eius.
Cap.17. 2. Per ſabbata tria diſſerebat eis de Scripturis.
11. Qui ſuſceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes Scripturas ſi hæc ita ſe haberent.
29. Genus cùm ſimus Dei, non debemus æſtimare auro & argento, aut lapidi, ſculpturæ artis & cogitationis hominis, diuinum eſſe ſimile.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cap.18. 18. *Qui ſibi totonderat in Cenchræis caput: habebat enim votum.*

Cap.19. 5. *His auditis, baptizati ſunt in nomine Domini Ieſu. Et cùm impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus Sanctus ſuper eos.*

13. *Tentauerunt autem quidam & de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos, qui habebant Spiritus malos, nomen Domini Ieſu.*

18. *Multi credentium veniebant confitentes & annunciantes actus ſuos.*

23. *Facta eſt illo tempore turbatio non minima de via Domini. Demetrius quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicũ quæſtum.*

Cap.20. 21. *Teſtificans Iudæis atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

26. *Quapropter conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum à ſanguine omnium.*

28. *Attendite vobis, & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus S. poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam acquiſiuit ſanguine ſuo.*

Cap.22. 14. *Deus Patrum noſtrorum præordinauit te, vt cognoſceres voluntatem eius.*

16. *Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua, inuocato nomine Ieſu.*

Cap.23. 4. *Qui aſtabant, dixerunt: Summum Sacerdotem Dei maledicis?*

6. *Sciens Paulus quia vna pars erat Sadducæorum,*

rum, altera Phariſæorum, exclamauit in Concilio.

Cap.24.14. Confiteor hoc tibi, quòd ſecundùm ſectam quam dicunt hæreſim, ſic deſeruio patrio Deo, credens omnibus quæ in Lege & Prophetis ſcripta ſunt.

Cap.26.6. Et nunc in ſpe quæ ad Patres noſtros repromiſſionis facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus.

7. In quã duodecim tribus noſtræ nocte & die deſeruientes ſperant deuenire.

Cap.27.24 Ecce, donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.

Cap.28.11. Nauigauimus in naui Alexandrina, cui erat inſigne Caſtor & Pollux.

FINIS.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN